

ALPHABETVM

E B R A C V M


V E T V S.

Interpretationes connexionesque nomi-
num Alphabeti, ex Hieronymo & Eusebio.

C. Sententia veterum Sapientum tripli chara-
ctere, Ebraico, Latino, & Graeco secundum
antiquam scribendi consuetudinem.

Omnia recens edita, & modo illustrata,

per
I. DRVSIVM ALDENARDENSEM. *Auctio
dominica*



F R A N E K E R A E
Excudebat Aegidius Radanus,

Ordinum Frissæ Typographus

1587

2400



A L P H A B E T V M
E B R A I C V M
V E T V S.

Interpretationes connexionesque nomi-
num Alphabeti, ex Hieronymo & Eusebio.

C. Sententia veterum Sapientum triplici chara-
ctere, Ebraico, Latino, & Graco, secundum
antiquam scribendi consuetudinem.

Omnia recens edita, & notis illustrata,
per

I. DRVSIVM ALDENARDENSEM.


*Author
Jannicium*



F R A N E K E R A E
Excudebat AEGIDIUS RADÆUS,

Ordinum Frisiæ Typographus.

1587.



AD LECTOREM.

Diu in animo habui, mi Lector, meam de vetere scriptura sententiam, peculiari aliquo scripto explicare. Quod ut eò libentius facherem, in caussa fuit quorundam imperitia dicam an audacia? qui in nominibus Ebraicis quidvis licere sibi putant. Sed liceat sanè ipsis, quod libet. Nos sequamur antiquos, ubi licet: quorum consuetudinem, ut fieri potuit in tanta vetustatis caligine, planam feci hoc libello. Qui licet peregrinus sit, tamen nihil in eo desideres, quod quidem ad illam, quam dixi, rationem scribendi pertineat. Quam si me primum patet fecisse dicam, fortasse verum dicam, nec mentiar. Neminem certè adhuc vidi, vel audivi, qui hoc argumentum ex professo tractarit. Sed siue primus id feci, siue alius ante me, parum refert: constet modò illud, nos veterum vestigiis tantum insistere, nihilq; quod non sit nostrum, nostra industria ex antiquis monumentis erutum, adferre. Quod reliquum est, claudam sermonem carmine Ovidiano:

*Si qua meis fuerint (ut erunt) vitiosa libellis,
Excusata suo tempore, Lector, habe.
Exul eram, requiesque mibi, non fama petita est,
Mens intenta suis ne foret usque malis.*

Cui concinunt Amphidis comici versus Græci,

*Ἐπὶ τῇ μαθηματος γὰρ ἐπικάδ ὁ νοῦς
Αὐτὲς, λέλυθε παραπλέων τὰς συμφοράς.*

Vale.

A V T O R E S I N H O C L I B E L L O
C I T A T I.

Aben-ezra.
Acabias Malalielis F.
Ant. Cevallerius.
Arabum interpretes.
Athenaeus.
Aquia Azai F.
Ben Syra.
Bildadus Subita.
*Chaldeorum interpretes, sive
paraphrasta.*
David rex.
Eleazarus Azarie F.
Eleazarus Capharnaita.
Eleazarus Iude F.
Eleazarus Sammua F.
Elias Levita.
Eliphas Themanita.
Ennius.
Epiphanius.
Euripides.
Eusebius Pamphili.
Franciscus Ximenius.
Gamaliel Iude principis F.
*Hananias secundus à Pont.
Max.*
Hanina Dosa F.
Hellel sive Hillel.
Herodotus.
Hesychius.
Hieronymus.

Iobus.
*Johannes cognomento Sandalar,
id est, sutor.*
Iosephus.
Iosse Inde F.
Isaias.
Meir.
Moses legislator.
Navius.
Nicolanus Lyranus.
Nitheus Arbelita.
Origenes.
Plautus.
Priscianus.
Publius Syrus.
Salomorex.
Sammaias.
Sameus.
Samuel propheta.
Septuaginta translatores.
Simeon Gamalielis F.
Simeon Nathanaelis F.
Sopharus Namathites.
Suidas.
Synagogam magna.
Thalmudista.
Thargumista.
Turpilius poeta.
Zoma F.

A L P H A B E T V M
E B R A I C V M
V E T V S.

Littera Ebraorum

XXII.

Omnes consonantes:
quarum

POTESTAS.	NOMEN.	FIGVRA.
<i>Vim habet qualem spiritus lenis apud Graios.</i>	<i>Aleph, sive Alph: unde Græcum ἄλφα.</i>	א
b, β.	<i>Beth, à quo Græcum βῆτα.</i>	ב
g, γ.	<i>Gimel, unde γάμμα.</i>	ג
d, δ.	<i>Daleth, vel Deleth, aut Delth: unde δέλτα Græcorum.</i>	ד
h, sive δαστιγ Gra- corum.	<i>He, ה.</i>	ה
v, consonans.	<i>Vau, Græcè ςαῦ apud Eusebium.</i>	ו
z, ζ.	<i>Zain, vel Zai : hinc ζῆτα Græcum.</i>	ז
h, sive adspiratio du- plex.	<i>Heth, vel het: unde חֵת, olim adspira- tio, nunc voca- lis.</i>	ח
t, simplex, sive tau.	<i>Teth, ex quo θῆτα, ut apparet. quan- quā sonus alias.</i>	ת

POTESTAS.	NOMEN.	FIGVRA.	
j, consonans.	þod, vel potius þoth: ex quo iōra.	þ	10
c, adspiratum, sive χ, Græcum.	Chaph, unde κάππα, ut quidam vo- lunt, aspirata in tenuem versa.	χ	11
l, λ.	Lamed, sive Lamd: unde Lamda, & inserta littera β, λάμβδα.	ל	12
m, μ.	Mem.	ם	13
n, ν.	Nun: unde νυ Græ- cum.	נ	14
s, σ. potestas eadem, quæ nostro s.	Samech, vel Samch: unde Samcha, & per metathesin Sachma: deinde στῆμα, mutatio- ne primum a, in , tum ch, in γ.	ס	15
Hac littera Græci & Latini carent.	Ain.	ע	16
p, adspiratum, hoc est φ, non π. nam p, latte- ram, ut Hieronymus scribit, sermo Ebræus non habet: sed pro eo φ, Græco utitur.	Phe: hinc φι Græ- cum.	פ	17
s, Sade: nunc Ts.	Sade, Sadi, vel Sa- dic.	ש	18
c, simplex, vel potius κ, Græcum.	Coph: hinc κάππα, ut ego censeo, quæ & κόππα, eius etiam po- testatem retinet.	כ	19

POTESTAS.	NOMEN.	FIGVRA.
r, p.	Res: ex quo p̄ō de- formatum.	ר 20
s, Sin: nunc Sch. t, adspiratum, sive ſ.	Sin, vel Sen. Thau, quāſi termi- nus, quōd Al- phabetum clau- dat; ſic Aleph di- cta ab ordine, quāſi princeps lit- tera Alphabeti. A L L V P H enim in lingua Ebraeo- rum ducem fig- nat.	ש 21 ת 22

Litteræ duplices.

Litteræ Chaph, Mem, Nun, Phe, Sade, in fine dictionis talem
habent figuram,

卷之三

1

I. DRVSII
IN
ALPHABETVM VETVS
ANNOTATIONES
SIVE NOTAE.

Videatur
& Epi-
phanius
in De-
mens &
pond.



ITTERAE Ebraeorum viginti due) hunc numerum indicant Psalmi scripti ordine litterarum, in quaeis centesimus decimus nonus, & Lamentationes Ieremiæ: tum etiam Hieronymus præfatione in libros Regum, cujus verba non gravabor adscribere: *Viginti & duas litteras esse apud Ebraeos, Syrorum quoque & Chaldaeorum lingua testatur, quæ Ebraæ magna ex parte confinis eſt. nam & ipſi viginti duo elementa habent, eodem ſono, ſed diuersis characteribus. Samaritanæ etiam pentateuchum Moſi totidem litteris scriptitant, figuris tantum & apicibus diſcrepantes.* Eusebius quoque Pamphili *τροπαρασκ.* libro decimo, εἰς δὲ τὰ τρόπαρα, inquit, παρὸντες σοιχεῖα, δύο καὶ εἴκοσι. Nec non Origenes apud Suidam, ἐπὶ ἀγνοτέον δὲ ὡς εἴναι τὰς ἐνδηθῆκες βίβλους ὡς ἐβραϊκῶν ιδίων δύο καὶ εἴκοσι; δύος ἀριθμὸς τῶν τραπέων αὐτοῖς σοιχεῖον εἴσιν.

Omnes consonantes) dubitari potest de Aleph, Vau, ſoth: quæ à Magistris matres lectionis vocantur: item de Ain, quam Hieronymus non ſemel vocalē appellat. Verū ego imbibi, non magis vocalē quondam fuī Ain, quām nunc eſt: ſed quōd per nudam vocalē, & non per consonantē exprimeretur, ideo ſic appellari à Hieronymo. Aleph autem, Vau, & ſoth propteræ matres lectionis dicta ſunt, quōd, cūm notæ vocalium abeffent, legentem non parum admodum juvarent, ſicut hodieq; adhuc juvant in legendo, quæ ſine punctis, ut vocant, edita ſunt. Quanquam quis neget has litteras interdum vocalium loco uſurpatas fuīſſe, quum etiam nunc à consonantium natura recedant, immò planè eam exuant in עולם OLAM: אוצר VR: אליהו ELOHIM: פרא FERE, & aliis multis nominib⁹.

Figura)

I. DR. ANNOT. IN ALPH. VETVS. II

Figura) figuræ litterarum, quibus nunc utimur, Ezraſ invenit, ſi credimus Hieronymo; qui etiam affirmat, Ebraeorum & Samaritanorum litteras olim eadē ſuīſſe. Hoc affirmat præfatione in libros Regum, per hæc verba: *Certum eſt Esdrā ſcribam, legisque doctorem, poſt captam Ieroſolymam & iſtauratiōnem templi ſub Zorobabel, alias litteras reperiffe, quibus nunc utimur: cūm ad illud uſque tempus iūdem Samaritanorum & Ebraeorum characteres fuerint.*

Aleph) ἀλφ, ὁ μεταλλοφὲν εἰς τὴν ἑλλαδα φωνὴν, λέγοις ἀν μά: Aleph. Θυσις. Eusebius libro IO. *τροπαρασκ.*

Vnde Græcum Alpha) Suidas, ἡ τὴν ἀλφα φωνὴν, τὴν τραπέων σοιχεῖας καὶ ἀρχοντος, ἀπὸ τῆς ἀλεφ ἐβραϊκής τὴν ἐπίκληſiν ἔλαβεν. Quantquam alii deducunt ταρὰ τὸ ἀλφεῖν, quod ante alias omnes litteras inventa fit.

Spiritus lenis) quam ψιλὴν vocant, quæ hoc modo pingi ſolet. ergo ἀβραὰμ ſcribendum; non ἀβραὰμ, contra vulgatam conſuetudinem Græcorum. Interdum Aleph quiescit in vocali ſua, ut *ΛΑΡΩΝ MARA: LELOHIM: IOMAR: LADONAI.*

A quo Græcum βῆτα) mutatione τ, hoc eſt, θ in τ. Sic Daleth, Beth, δέλτα: Heth, ἥτα. Porrò interpretatur ab Eusebio βῆθ, οἶκος, domus. Sic etiam Hieronymus interpretatur. Eſt & Beth in antiquitate filia, quæ nunc Bath dicitur: ſed tum e brevis eſt, ſcribiq; debet Græcē βῆθ, non βῆθ.

Gimel, unde γάμμα) prius γάμλα: inde γάμμα fecerunt, ut opimel nor, auribus conſulentes. Gimel, gimla, gamla: ut Miriam, Mariam: Migdal, Magdal: Phisga, Phasga.

Deleth) ita ſcriptum hoc nomen apud Hieronymum in quarto Daleth. commentariorum ſuper Iefaiam libris manuscriptis.

Deltah) τὸ τέταρτον δέλθ, ὁ σημαῖνει δέλτων. Eusebius loco ſuprà citato. Daleth, Deleth: ut Phaleg, Pheleg. Sed ne omittamus locum Hieronymi: corruptus enim vulgo eſt. Sic autem legitur Ief. 9, in in uno manuſcripto, quo uſus ſum, quem aliquando emi à mo- principio nachis Einamenib⁹ prope Aldenardam patriam meam: *Apud Ebraeos DABAR, quod per tres litteras ſcribitur consonantes, Deleth, Beth, Res, pro locorum qualitate ſi legatur DABAR, verbum ſignificat: ſi DEBER, mortem & pestilentiam.*

He.

He) Gracēi. Eusebius. Biblia Græca.

Δαστῖα Gratorum) id est, spiritus asper: unde δασυόμενα dicuntur, quæ hoc spiritu notata sunt, ut ἄβελ. in quo dupliciter peccant Theologi Græci: primū in scriptura. ἄβελ enim perpetuò scribunt spiritu leni: deinde in sensu interpretationis. nam Theodoreetus, & alii, quos adhuc vidi, Αβελ, οὐδέ Θος. Noli dubitare, quin verum sit, ἄβελ, ματαιότης, id est, vanitas: Habel, inquam, non Abel.

Vau.

Vau) quidam scribunt Vaf. sed perperam.

Gracēi σῶι apud Eusebium) in decimo ποντερασον.

*V consonans) qua Græci carent. itaque δαβίδ scribunt, & aliquando δανίδ. Sic λεβὶ & λευὶ. Hieronymus in commentariis super Abdiam prophetam hujus litteræ facit mentionem per hæc verba: *Vau littera & pro u, & pro o, eorum lingua accipitur.* quibus aperte docet, accipi hanc litteram interdum pro vocali: quemadmodum hodieque adhuc accipitur. neque mirum videri hoc cuiquam debet, quum, quæ ei respondet in Latio littera v, utramque potestatē similiter habeat, & modò consona sit, modò vocalis, ut omnes juxta mecum sciunt, tam pueri quam senes.*

Zain.

Zain) ζαὶ cum v. recens consuetudo. partim librorum typis excusorum. editio Ximenii Thren. 4.7.

Zai) ζαὶ absque v. exemplar Eusebii Græcum impressum à Roberto Stephano. editio Bibliorum ex urbe Basilæa Thren. 4.7. Hieronymus in comment. Iesu. II. libris manuscriptis. præterea ejusdem Hieronymi declaratio, Zai, hæc. Fortè v addita, ut in Sabin, quod in codice Ebraeo Sabi scriptum. nihil affirmo.

Heth.

Herb vel het) hoc postremum non admodum se mihi probat: malo enim Heth cum t, adspirata: primū ex autoritate Ebraicorum, qui aliter hoc nomen non scribunt: deinde quia scribimus eodem modo Beth, Daleth, Teth. potest etiam scribi Cheth ex Græca consuetudine. Græci enim hanc litteram multis in locis per χ̄ referunt. testantur hoc χαμ, ραχαλ, χωβα, & alia plurima.

Vnde ḥ̄ta) mutatione primū spiritus: deinde ḥ̄, in τ. ḥ̄, ḥ̄ta, ut β̄θ, β̄̄ta, ut τ̄θ, θ̄̄ta.

Olim adspiratio) Athenæus libro nono, Οἶκαι δὲ Καὶ διὰ τοῦ

η σοιχεῖς

η σοιχεῖς τυπάσασθαι τὰς παλαιὰς τὴν δαστῖαν. διώπερ καὶ ρωμαῖος ἡρῷον τῶν τῆς δασυομένων ὀνομάτων τὸ η οὐρανοφύσι.

Nunc vocalis) qua ferè referunt Seri, hoc est, elongum Ebraicorum, indicant hoc voces passim obvia Ἀλ Ἀλ, unde Ἀλ, Ἀλ, apud Euangelistas, Ἰωάννην: τότε ιωσήφ: ἱεράτευς Ισραηλ: Ἀλ ιωσήφ: item nomina litterarū בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, אַבְּנֵי יִשְׂרָאֵל, מִצְרָיִם, שְׁמַעְיָה.

H, siue adspiratio duplex) Hieronymus in nominibus de Genesi, voce Cham: Sciendum, inquit, quod χ̄ litteram in Ebraeo non habeat: scribitur autem per beth, quæ duplice adspiratione profertur. Et post paullò in Chethaūs: Sed hoc nomen non incipit à consonante littera, verum ab herb, de qua jam suprà diximus. consonantem esse negat, quia adspiratione. Nam ne He quidem in consonantium loco habuit: unde cumuli errorum in libro illo de nominibus Ebraicis, quos suo loco & tempore detegemus, si Deus id nobis concedet. hanc litteram Græci sæpius exprimunt per χ̄, ut diximus. Idem Hieronymus in comment. Ierem. 9. in principio: Pro porta fœtili, Aquila, Symmachus, & Theodosio ipsum verbum posuerunt Ebraicum HARSITH: pro quo LXX. juxta morem suum pro adspiratione herb litteræ, addiderunt χ Græcum, ut dicerent Charith pro Harshib: sicut illud est pro Hebron, Chebron: & pro Feribo, Fericho.

Teth) id est, תְּתֵה. quidam malunt τιτ, quos non sequor: nam Teth, repugnat antiqua consuetudo. Græci etiam τηθ scribunt, non τήτ. paret ex Eusebio, & Lamentationibus Ieremia: sicut & ab iis psalmis, qui scripti sunt secundum ordinem litterarum.

Ex quo θῆτα) adjecta à Græcis adspiratione. contrà factum in τιτ, quæ Ebræis Thau, cum adspiratione. Sunt è recentioribus, qui aliter senserunt de his litteris: sed aperta nimis etymologia est: & Hieronymus veteres secutus, nomina Ebraica, quæ à Teth incipiunt, ut Tobias, perpetuò sine adspiratione scipit.

Quanquam sonus aliis) nam θῆτα sine adspiratione non proferunt. Eadem ratione ex Chaphe factum καππα, ut quidam censem.

T, simplex) in quo abest adspiratione. Dictum autem simplex, ut c, simplex appellatur à Hieronymo, quæ aspiratione caret. In libro de nominibus Ebraicis post Talam, ros: Hucusque cùm per litteram t, simplicem legerimus, nunc adspiratione addita legendum est Thobal

de Genes.

sive Thubal, Thiras, Thogarma, Thares, &c. In eodem libro, nomine Iosue post Tyrus: *Hucusque per t, simplicem litteram legerimus: exin adspiratione addita legendum est, Thaphue, &c.*

Ioth. *Iod*) ita nunc scribunt: sed animo meo magis placet Ioth, ultima th: quam scripturam confirmat iōtā nomen à iōd̄ derivatum, non à iōd̄. præterea invenimus hoc nomen ita scriptum in Lamentationibus Jeremiæ editione Græca, & apud Eusebium, & in aliis libris antiquis, ut dubitari de eo jam non possit.

Ex quo iōtā) iōd̄, iōtā, ut βῆθ, βῆτα. nihil verius.

†, consonans) ut ḡesaias; quod malè scribunt Esaias. Hieronymus in nominibus de Actis Apost. *Esias, salus Domini: verū apud Ebraeos ab j, littera sumit exordium.* Itaque scripserim libentius Isaias: sed ḡesaias est in libris Græcis: quod non damno. Hac littera etiam usi sunt pro vocali, quomodo & nunc vulgo utuntur, ut paret ex I, magno, quod absque Ioth vix unquam reperitur.

Hirec
gadol.
Chaph. Chaph.) χάφ. exemplar Eusebii Græcum. libri veteres Psal. 118. 81. & Thren 4. 11. In libro nom. Ebraic. בְּרִמֵּל. Chermel: בְּמֹשֶׁ Chamos. Origenis Exapla Ief. 26. בְּנֵי χַי βαιδ̄. Epiphanius contra hæreses, εν τῇ βασινίτιδι τῇ λεγομένῃ πωνέβη, χωχάβη δὲ εβαισί.

Adspirata in tenuem versā) ut Chermel, Carmelus: Charphas, καρπασος; solens id sit apud veteres.

C, adspiratum, sive χ Græcum) Hieronymus in nominibus de Genesi, ubi recenset nomina quæ Ebræis per Coph scribuntur, ut Cain, Ceni, Core, Cedma, &c. subjungit hæc verba, *Hucusque per simplicem c, litteram lecta sunt nomina: exin adspiratione addita, id est, per χ Græcum legenda, Cherubin, Chethin, Chus, Chanaan, &c.* Et in nominibus de numeris post Samuel: *Hucusque, inquit, per c, litteram simplicem legerimus: exin adspiratione addita, nominum sunt legenda principia, Chanaan, &c.* Et in Deutero. *Tria nomina hæc, quæ sequuntur ex c, per adspirationem legenda sunt, Choræus, Chapheturim, Chaphthor.* Et in nom. de Matt. *Adspiratione addita legendum, quam illi litteram χ̄ vocant.* Videnda & nomina de Iosue post Cedemob. & nomina de Iud. post Camon, resurrectio. Poscit igitur antiqua consuetudo Chaph: & frustra sunt, qui hodie semper Caph scribunt, eoquæ modo scriben-

scribendum esse pertinaciter contendunt. Inepti homines, quibus etiam ḡoseph placuit præ ḡoseph, & Sepela magis quam Sephela.

Lam) λάμδ. In Eusebio λάδ: mendum est, nisi fallor, quale Lamed. in νέρπωδ, Gen. 10. quum libri accuratius excusi νέρπωδ habeant. Sed videamus. Nam profani scriptorum etiam λάδα usitant, extrita μ, ex λάμδα: de quo jam nunc dicturus sum.

Et inserta littera β, λάμδα) solet enim β, inseri hoc modo vocibus nonnullis, ut Nembrod, Zambri, Mambres. etiam p, ut Sampson, quod Græcè scribitur σάμψον. postulat autem Ebræa consuetudo Samson, vel, si mavis, Simson.

Mem) Græcè μῦ, vel μῶ. Mem, μᾶ, ut Res, ρῶ.

Nun) νῦ. codex Eusebii, & Biblia Græca Thren 4. 13.

Mem.

Nun.

Unde νῦ Græcum) abjecta ultima.

Samch) σάμχ, ut ἀλφ, λάμδ, δέλθ. reperitur apud Eusebium Samech. Pamphili.

Deinde σῆγμα) quam Dores σᾶν vocant, ut Herodotus scribit. itaque legimus apud Hesychium, Σᾶν, σῆγμα, η̄ σαμφόραι ἕπποι λέγονται, οἱς θητεχάραι) σειρχεῖον, τέτο γὰρ σᾶν ἔλεγον.

Tum ch, in γ) ut χάλβανον, galbanum.

Potestas eadem quæ nostro s,) in libro de locis Ebraicis, voce Rammasses: *Apud Ebraeos tres s, sunt litteræ. Una quæ dicitur, s, Samech: & simpliciter legitur, quasi per s, nostrum litteram scribatur. Et libro quæstionum Ebraicarum in Genesin, voce Beersaba: Pro stolido Ebraorum Sin, à quo Sabe incipitur, Græcum sigma, hoc est, Ebraorum Samech posuit.*

Ain) αἰν. Eusebius Pamphili. Hieronymus. libri omnes anti- Ain. qui, quos libenter sequor, cum licet: licet autem semper, quando melius nihil occurrit. Nam verò an melius faciant, qui Hain scribunt aut Hain, ipsi viderint. Nam si Ain est aspiratio, quorsum He aut Heth, quam ostendimus esse adspirationem geminatam. Præterea Hieronymus non uno in loco affirmat Aza scribendum esse, quum tamen eius nominis littera prima sit Ain. Quinetiam Nicolaus homo quondam Ebræus, ubi explicat verbum Ebraicum Azabthani, quod in principio hac littera notatur: *Ain, inquit,*

sonat a formatum in gutture. Nihil dico, si adspirationi non omnino adversantur voces, Arabia, Elamitæ, Emmanuel, & aliæ similes. Sed quid moramur in re levicula?

Hac littera Graci & Latini carent) Hieronymus vocalem appellat in Gaza libro de nominibus Ebraicis: *Sciendum*, inquit, *quod apud Ebraeos non habeat in principio litteram consonantem*; *verum incipiat à vocali Ain, & dicitur Aza*. Et in Gomorra: *G, litteram in Ebraico non haberet, sed scribitur per vocalēm Ain*. Et in Segor: *Ipsa est quæ & suprà Seor. Sed sciendum, quia litteram g, in medio non habeat, scribatur ꝑ per vocalēm Ain*. Hæc igitur contraria videntur ei, quod suprà scriptimus, litteras Ebraeorum omnes consonantes esse. Sed non est ita. Nam, meo judicio, vocalis ideo appellatur à Hieronymo, quod per nudam vocalem ejus potestas exprimeretur; non quod re vera vocalis esset: sicuti Aleph propriè vocalis non est, tametsi Ain pro eo nomine aliquando afficiatur. Quanquam Iudæi, qui in Germania, pro vocali hac littera utuntur: servit enim eis pro e, quam Germani. do Germanica scribunt characteribus Ebraicis. Miror autem

Hieronymum eundem in commentariis super epistolam ad Titum appellasse duplēm aspirationem etiam Ain, ac cæteras istiusmodi: *Septuaginta*, inquit, *interpretes, per quos in Græcum sermonem lex divina translata est*, *specialiter Heth litteram, & Ain, & cæteras iſtiusmodi, quia cum duplēi aspiratione in Græcam linguam transferre non poterant, aliis litteris additis expreſſerunt. Verbi cauſa, ut Rabel, Rachel dicent, & Teriho, Tericho, & Hebron, Chebron, & Seor, Segor*. Nec vero possum aliter credere, cùm eandem litteram alibi passim vocalem dicat, quām illum locum depravatum esse: ac prope est ut credam legendum: *Specialiter Heth litteram, quia cum duplēi adſpiratione in Græcam linguam transferre non poterant, & Ain, & cæteras iſtiusmodi aliis litteris additis expreſſerunt*. Ex eodem loco discimus solitum interpretibus illis exprimere Ain per γ. Hoc indicat Segor, quod est nomen opidi, & Ebraicè scribitur media Ain. Idem ostendunt Gomorra, Gaza, Raguel, Ragau, & alia non pauca. Arabum interpres addunt aspirationem, ipsiusque elementi nomen scribunt Ghain: de qua re dicam aliás.

Graci & Latini carent) carent non solùni nomine, sed etiam figura

figura & sono. Itaque necessitatis est, quod scribant Ain. Hieronymus in comment. in epist. ad Titum: *Propriè pulsat Iudeos, qui in eo se jactant, & putant legis habere notitiam, si nomina teneant singulorum, quæ, quia barbaræ sunt, & etymologias eorum non novimus, plerunque corruptè proferuntur à nobis*. *Et si forte erraverimus in accentu, in extenſione, & brevitate syllabæ, vel brevia producentes, vel producta breviantes, solent irridere nos imperitia, maximè in aspirationibus, & quibusdam cum rasura gula litteris proferendis*. His postremis verbis significat potissimum litteras Heth & Ain, quæ, quod barbarum & insolentem, necnon difficilem haberent pronuntiationem, ideo corruptè, ut plurimum, à Latinis & Græcis proferebantur. Nam ut Aben-ezra scribit, fieri vix potest, ut rectè ipsas pronuntiet, qui non à pueritia didicerit, assueveritque.

Phe. φη. omnis antiquitas. Nostri Grammatici probarunt ma- *Phe.* gis Pe: sed quām rectè, ipsi viderint. In nominibus de Psalterio invenies Fe.

Hinc φη Græcum) versa e in i.

P, adſpiratum) idem ferè atque διγαμμα AEolicum, cui respondet F, Latinum. Itaque Hieronymus, quæ nomina ab hac littera incipiunt, ea omnia per F, expressit. testimonio est liber de nominibus Ebraicis: in quo Fe, os; non Phe: & Farao; non Pharao. Sic Farisæi, Faleg, Filisthim, Fase, unde Pascha: pro eo quod, Pharisæi, Phaleg, Philisthim, Phase.

Non ὁ hoc est p, simplex, à quo abest adſpiratio: qua sine veteres hanc consonantem nunquam efferebant, ac ne poterant quidem. Quare Pisidia sonabant pro Pisidia. Testatur hoc Hieronymus in nominibus de Actis Apostolorum ita scribens: *Quia ut suprà dixi, P, litteram non habent, propterea Pisidiam per F, efferunt*.

P, litteram, ut Hieronymus scribit, sermo Ebræus non habet) Scribit hoc in nominibus de Luca, voce Pilatus: *Sed sciendum, quod apud Ebraeos P, littera non habetur, nec ullum nomen eſt, quod hoc elementum ſonet. Abusivè igitur accipienda, quaſi per F, litteram ſcripta ſint*.

Sed pro eo φη Graco uititur) Hieronymus in comment. fes. 2. Pro Philisthiū, semper LXX. alienigenas interpretati ſunt, nomen commune pro proprio, quæ eſt gens hodie Palestinorum, quaſi Philistinorum, quia P, lit-

Sade.

teram Ebraicus sermo non habet, sed pro ea Phi Græco uitur. Et Dan. II. in extremo, voce Apadno: *Νοτανδυμ αυτεμ, ρωτηρι μετην Π*, litteram Ebraicū sermo non habeat, sed pro ipsa utantur Phe, cuius vim Græcum φ, sonat: in isto tantum loco apud Ebraeos scribatur quidem Phe, sed legatur P.

Sade) σαδή. Codex Eusebii. editio Græca Lament. Ierem.

Sadi) fit ex Sadic, abjecta ultima: vel permutatione vocalium, ut Sin, Sen, Nam e, & i, communem familiam habent, & vicissim permutantur.

Sadic) vel Saddic, d, geminata. Elias Levita in Thesbite: *Litteram Sade οι διδάσκαλοι ήμεροι Saddic nuncupant*. Sic etiam vocant eam Iudei Germani & Galli. Reliqui verò Iudei cum tota natione Grammaticorum illam Sade appellant.

S, Sade) de quo Hieronymus in comment. Isaiae II. Sade littera proprietatem & sonum Latinus sermo non exprimit. Est enim stridulus, & strictis dentibus vix linguae impressione profertur. Et in nominibus de Matthæo voce Nazareth: *Scribitur autem non per ς, litteram; sed per Ebraicum Sade, quod nec s, nec ς, litteram sonat*. Et in libro de locis Ebraicis, voce Ramasses: *Sade litteram nostræ aures penitus reformidant*.

Nunc Ts) qui sonus est litteræ t, in voce, ratio.

Coph.

Coph) καφ. apud Eusebium, & Græcos alios.

Quæ & νόππα) unde νοππατίας, equus inustum habens νόππα elementum. Hesichii λέξεις: Κοωωατίας, ἦππος πεναυμένος ἐν τυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ νόππα, id est, litteram νόππα.

C, simplex) ita passim Hieronymus appellat in libro nominum Ebraicorum, ut in nom. de tertio Regum, voce Carmelus: & in nom. de Num. in Samuel: & in Matthæo: *Hucusque per simplicem c, litteram scripta sunt nomina, quæ Græci per κ, effuerunt*.

Vel potius κ, Græcum) quæ sonum non variat: semper enim sui similis est. C, verò aliter sonat in caput, aliter in Cicero. Tamen Priscianus autor K, & Q, cum C, in sono eandem potestatem continere. Sed dissentit Hieronymus. Nam in nominibus de Joshua diserte ait: *Q, litteram, quam neque Græci resonant, neque Ebrai, exceptis Latinis nulla alia lingua habet*. Ego in glossis Nicolai reperio Queteb, quod Ebraice צבָע. Sed & Aquilæ nomen non est ut alter scribas quam צבָע. Ergo Coph sono convenit cum Q, ut ferè

Galli

Galli pronuntiant; & cum c, prout sonat, quando a, litteram post se habet, aut quando sequitur vocalis o, ut in coquus, comedo, corium, & similibus.

Res) φῆς. libri omnes veteres: nunc Resch.

Res.

Ex quo φῶ deformatum) nam R E S, caput. caput autem etiam R O S dicitur: unde φῶ, abjecta ultima. Vel Res, φῶ; ut Mem, μῶ.

Sin) nunc sonant Schin.

Sin.

Vel Sen) σέν. ex Eusebio Græco. In Lamentationibus, editione Ximenii, quam Complutensem vocant, σέν: in alia verò editione legitur σέχ, quod haud dubiè mendosum est, legendumque σέν, ut in manuscripto Hieronymi, Isa. 63. Si carnem significares, scriberetur per medium litteram Sen. Hujus originis esse videtur σέν nisi mavis ut sit à σάμχ primùm detractione ultimæ σάμ. deinde mutatione ut sit μ in ν, σάν. Sanè vi ac potestate convenit cum Samech, non cum Sin: quæ longè aliud sonat, ut modò videbimus.

S, Sin) in qua stridor quidam, ait Hieronymus, non nostri sermonis interstrebit. & alibi, Pro stridulo Ebraeorum Sin, Græcum σίγμα, hoc est Ebraeorum Samech posuit. Quæ docent, Græcos & Latinos carere hac consona: tum etiam sonum ejus longè diversum esse à sono litteræ Samech. Eadem docet idem Hieronymus commentario in epistolam ad Titum, ubi sic scribit: *Nam nos & Græci unam tantum litteram s, habemus: illi verò tres, s, Samech, s, Sade, & s, Sin, quæ diversos sonos possident*. Isaac, & Sion per s, Sade scribuntur: Israel per s, Sin, & tamen non sonat hoc quod scribitur: Seon rex Amoræorum per s, Samech litteram & pronuntiatur & scribitur.

Nunc Sch) quum scilicet punctum gerit in dextero cornu, alioqui sonat ut s, nostrum, quando ponitur inter duas vocales, ut in miser, in causa, in casa, in Sisara.

Thau) olim aliter. Hieronymus in comment. Ezecl. 9.4. Antiquis Thau, Ebraorum litteris, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptio signatur.

Thau) Θαῦ. ex quo ταῦ, aspirata in tenuem versa.

C 2

*Quod Alphabetum claudat) Hieronymus in loco jam allegato:
Than extrema est apud Ebraeos viginti & duarum litterarum.*

T, adspiratione) talem esse vim ac potestatem hujus litteræ satis patet ex Hieronymo; ut ex iis verbis, quæ leguntur in fine nominum de libris Regum, ubi ait, *adspiratione addita proferenda Thoph, Theraphim, Theglat, Tharthan, & alia ejus generis, quæ à Thau littera incipiunt apud Ebraeos: qualia sunt Thogorma, & Thares, de quibus idem affirmat in nom. de Genesi: item Thersa in nom. de Num. & Thaphue, Thabor, in nom. de Iosua: & alia infinita. Huc refer ipsum nomen Thau cum aspiratione scribendum, nisi nos idem Hieronymus, quem libenter sequor, & hanc secutus sum in hoc opere, frustra habet in nom. de Psalterio, quum sic ait: *Quatuor reliqua, quæ sequuntur, aspiratione addita proferenda sunt, Thabor, Thalasar, Thobel, Thau, signum.* Videnda sunt & nomina de secundo Regum in extremo, & nomina de tertio Regum.*

Sive §) in catalogo nominum de Actis Apostolorum: Huc usque per simplicem T: nunc per §, Greccum legenda sunt, Theophile, amate Deo: Thomas, didymus: Theudas, laudatio: Tharsensis, explorator laetitiae.

Litteræ duplices) vocantur ita à gemino charactere. Hieronymus præfatione in libros Reg. Porro quinque litteræ duplices apud Ebraeos sunt, Chaph, Mem, Nun, Phe, Sadé: aliter enim scribuntur per has principia medietatesq; verborum, aliter fines. Epiphanius in libello de mensuris & ponderibus: εἰνος η δύο ἔχεσι σοιχείων νοήματα. τέντε δὲ εἰσὶν ἡξ αὐτῶν διπλάκεναι. τὸ γὰρ παθὲ ἐστι διπλῆν, η τὸ μὲν, η τὸ νῦν, η τὸ φι, η τὸ α. locus manifestè corruptus. emendo, τὸ γὰρ χαρακτῆσι διπλῆν, η τὸ μὴν, Ε τὸ νῦν, η τὸ φῆ (nam φὶ Græcum est) η τὸ σαδήν. rēs est, non conjectura.

Cæterùm figuris litterarum utuntur Ebræi in numerando, ut etiam Græci: sicut ex subiecta descriptione perspici potest.

NOTAE

NOTAE NUMERO RVM

Number

Græci.	Ebraic.	Barbari.	Græci.	Ebraic.	Barbari.
α'	א	I.			
ς) sæpius apponunt vir- gulam, ut Græci: hoc modo, $\alpha' \beta' \gamma'$. & sic deinceps usque ad mille: quod pin- gunt, $\alpha' \beta' \gamma'$. &c. virgula eadem infra posita, ut suo loco videre est.			m'	מ'	18.
β'	ב	2.			
γ'	ג	3.			
δ'	ד	4.			
ϵ'	ה	5.			
ζ'	ו	6.			
η'	ז	7.			
θ'	ח	8.			
ι'	ט	9.			
ν'	נ	10.			
ψ'	נ	11.			
ϕ'	נ	12.			
χ'	נ	13.			
ρ'	נ	14.			
τ'	נ	15.			
ט) novem & sex, id est quin- decim. utuntur eo pro מ', quod ab his litteris inciperet nomen יהוה: vel usu nimio ne profanarent יה IA, nomen item es- sentiiale, decurtatum, ut credi- tur, ex יהוה IAHO.					
15'	ו	16.			
16'	ו	17.			

C 3

NOTAE NUMERORVM.

perposita linea scribitur, quibus numerus xviii. comple-
tur. Sanè Tau litteræ super-
transversa linea deest, que si
adderetur, jam non crucis spe-
cies, sed ipsa crux esset.

ט'	ט	19.
נ'	נ	20.
חָא'	חָא	21.
חָב'	חָב	22.
חָג'	חָג	23.
חָד'	חָד	24.
חָה'	חָה	25.
חָז'	חָז	26.
חָצ'	חָצ	27.
חָת'	חָת	28.
חָט'	חָט	29.
חָא'	חָא	30.
חָא'	חָא	31.
חָב'	חָב	32.
חָג'	חָג	33.
חָד'	חָד	34.
חָה'	חָה	35.
חָז'	חָז	36.
חָצ'	חָצ	37.
חָת'	חָת	38.
חָט'	חָט	39.
חָא'	חָא	40.
חָא'	חָא	41.
חָב'	חָב	42.
חָג'	חָג	43.
חָד'	חָד	44.
חָה'	חָה	45.
חָז'	חָז	46.

כָּה	47.
מָה	48.
מָט	49.
אָה	50.
בָּא	51.
בָּט	52.
אָז	53.
בָּד	54.
בָּה	55.
בָּז	56.
בָּז	57.
בָּז	58.
בָּז	59.
בָּז	60.
בָּז	61.
בָּז	62.
בָּז	63.
בָּז	64.
בָּז	65.
בָּז	66.
בָּז	67.
בָּז	68.
בָּז	69.
בָּז	70.
בָּז	71.
בָּז	72.
בָּז	73.
בָּז	74.
בָּז	75.
בָּז	76.
בָּז	77.
בָּז	78.
בָּז	79.
בָּז	80.

NOTAE NUMERORVM.

פְּאַ'	81.	פְּאַ'	115.
פְּאַ'	82.	פְּאַ'	116.
פְּאַ'	83.	פְּאַ'	117.
פְּאַ'	84.	פְּאַ'	118.
פְּאַ'	85.	פְּאַ'	119.
פְּאַ'	86.	פְּאַ'	120.
פְּאַ'	87.	פְּאַ'	121.
פְּאַ'	88.	פְּאַ'	122.
פְּאַ'	89.	פְּאַ'	123.
פְּאַ'	90.	פְּאַ'	124.
פְּאַ'	91.	פְּאַ'	125.
פְּאַ'	92.	פְּאַ'	126.
פְּאַ'	93.	פְּאַ'	127.
פְּאַ'	94.	פְּאַ'	128.
פְּאַ'	95.	פְּאַ'	129.
פָּל'	96.	פָּל'	130.
פָּלָא'	97.	פָּלָא'	131.
פָּלָב'	98.	פָּלָב'	132.
פָּלָע'	99.	פָּלָע'	133.
פָּלָם'	100.	פָּלָם'	134.
פָּלָא'	101.	פָּלָא'	135.
פָּלָא'	102.	פָּלָא'	136.
פָּלָע'	103.	פָּלָע'	137.
פָּלָה'	104.	פָּלָה'	138.
פָּלָט	105.	פָּלָט	139.
פָּל	106.	פָּל	140.
קְפִיא'	107.	קְפִיא'	141.
קְפָב	108.	קְפָב	142.
קְפָג	109.	קְפָג	143.
קְפָר	110.	קְפָר	144.
קְרִיא	111.	קְרִיא	145.
קְרִיב	112.	קְרִיב	146.
קְרִו	113.	קְרִו	147.
קְרִין	114.	קְרִין	148.

NOTAE NUMERORVM.

רמץ'	קמץ	149.	רמץ'	קַמְץ	183.	
רנ'	קָב	150.	רמץ'	קַפְד	184.	
רנָא'	קְבָא	151.	רמץ'	קַפְה	185.	
רנָב'	קְנָב	152.	רמץ'	קַפְו	186.	
רנָג'	קְנָג	153.	רמץ'	קַפְז	187.	
רנָד'	קְנָד	154.	רמץ'	קַפְח	188.	
רנָה'	קְנָה	155.	רמץ'	קַפְט	189.	
רנָז'	קָנו	156.	רַי'	קַצ	190.	
רנָצ'	קָנָצ	157.	רַיָ'	קַצָא	191.	
רנָח'	קְנָח	158.	רַיְב'	קַצָב	192.	
רנָט'	קְנָט	159.	רַיְג'	קַצָא	193.	
רֵק'	קָס	160.	רַיְד'	קַצָד	194.	
רֵקָא'	קְסָא	161.	רַיְע'	קַצָה	195.	
רֵקָב'	קְסָב	162.	רַיְס'	קַצָד	196.	
רֵקָג'	קְסָג	163.	רַיְצ'	קַצָג	197.	
רֵקָס'	קְסָס	164.	רַיְצ'	קַצָח	198.	
רֵקָס'	קְסָה	165.	רַיְצ'	קַצָט	199.	
רֵקָס'	קְסָו	166.	ר'	ר	200.	
רֵקָס'	קְסָז	167.	ש'	ש	300.	
רֵקָס'	קְסָח	168.	ת'	ת	400.	
רֵקָס'	קְסָט	169.	פ'	פ	500.	
רֹ'	קָע	170.	ח'	ח	600.	
רֹא'	קָעָא	171.	ז'	ז	700.	
רֹב'	קָעָב	172.	ו'	ו	800.	
רֹז'	קָעָג	173.	מ'	מ	900.	
רֹוד'	קָעָד	174.	Hos quinque numeros indicant & istis litteris, תְּקִנָה, 500.			
רֹס'	קָעָה	175.	תְּקִנָה, 600. שְׁתִינָה, 700. חִנָה, 800.			
רֹסֶת'	קָעָד	176.				
רֹז'	קָעָז	177.				
רֹונ'	קָעָה	178.	א'	א	1000.	
רֹוֹז'	קָעָט	179.	ב'	ב	2000.	
רֹז'	קָפ	180.	ג'	ג	3000.	
רֹזָא'	קָפָא	181.	ד'	ד	4000.	
רֹזָב'	קָפָב	182.	ה'	ה	5000.	

NOTAE NUMERORVM.

ו	6000.	ו	800000.
ז	7000.	ז	900000.
ח	8000.	Vel תְּקִנָה 500000. חִנָה 600000.	
ט	9000.	תְּקִנָה 700000. חִנָה 800000.	
י	10000.	תְּקִנָה 900000.	
ב	20000.		
ל	30000.		
מ	40000.		
ג	50000.		
ס	60000.		
ע	70000.		
פ	80000.		
נ	90000.		
ר	100000.		
צ	200000.		
צ	300000.		
צ	400000.		
צ	500000.		
צ	600000.		
צ	700000.		

Millenarios pingunt etiam
hoc modo : ו 1000. ז 2000.
ה 3000. ט 4000. & sic deinceps : vel iterato Aleph:
ו ו 2000. ז ז 3000. ט ט 4000.
& sic deinceps. A mundo con-
ditto numerant hoc anno, qui
est, restitutæ salutis ו ז 87.
ה שׂמַן 5347. vel שׂמַן ה שׂמַן
secundum æram minorem, sive,
ut ipsi dicunt, לְפָרָט קְטַן: quod
breviter, & in epitoma scribūt,
לְקָטָן, secundum supputationem
minorem, omissis vide-
licet millenariis.

MENSES EBRAEORVM.

בִּיסָן	NISAN,	ニスアン	Martius.
אַיָר	IAR,	יאר	Aprilis.
סִיוּן	SIVAN,	シウサン	Maius.
תָמוֹז	THAMVZ,	תָמוֹז	Junius.
אַב	AB,	אַב	Julius.
אַלְוָל	ELVL,	אלְוָל	Augustus.
חֶשְׁבֹרִי	THESRI,	חֶשְׁבֹרִי	September.
בוֹרְחָשׁוֹן	MARHESVAN,	בוֹרְחָשׁוֹן	October.
כְּסַלוֹן	CHASLEV,	חָסָלֶון	November.
טְבַת	TEBETH,	תְּבַת	December.
שְׁבַת	SEBATH,	שְׁבַת	Januarius.
אֲדָר	ADAR,	אֲדָר	Februarius.

וְאַרְךָ
VEADAK,
mensis
intercalat-
ris, quasi
iteratus
Februa-
rius.

INTERPRETATIONES NOMINUM

— ALPHABETI,

ex

EVSEBIO & HIERONYMO.

1 Doctrina.	Μαθησις.	Aleph.
2 Domus.	Οίκος.	Beth.
3 Plenitudo.	πλήρωσις.	Gimel.
4 Tabulæ.	Δέλτοι.	Daleth.
5 Ista.	Αὕτη.	He.
6 Et.	Ἐν αὐτῇ.	Vau.
7 Hæc.	Ζῆ.	Zai.
8 Vita.	Οὐ ζῶ.	Heth.
9 Bonum.	Καλή.	Teth.
10 Principium.	Ἀρχή.	þoth.
11 Manus.	Ωμας.	Chaph.
12 Disciplina sive cor.	Μάθε.	Lamed.
13 Ex ipsis.	Ἐξ αὐτῶν.	Mem.
14 Sempiternum.	Αἰωνία.	Nun.
15 Adjutorium.	Βούθεια.	Samech.
16 Fons sive oculus.	Πηγὴ ἡ ὁφθαλμός.	Ain.
17 Os.	Στόμα.	Phe.
18 Justitia.	Δικαιοσύνη.	Sade.
19 Vocatio.	Κλῆσις.	Coph.
20 Caput.	Κεφαλή.	Res.
21 Dens.	Οδόντες.	Sin.
22 Signa.	Σημεῖα.	Thau.

CON-

CONNEXIONES HARVM INTER-
PRETATIONVM EX IISDEM
autoribus.

Hieron.
epist. clv.
ad Paulā
vibicam.

Connexio prima ex Hieronymo.

Aleph, Beth, Gimel, Daleth: Doctrina domus, plenitudo tabularum: quod videlicet doctrina ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperiatur plenitudine divinorum.

Ex Eusebio.

Αλφ, βῆθ, γῆμελ, δέλτῳ, ἡ. μάθησις οἴκου, πλήρωσις δέλτων αὕτη.

Connexio secunda ex Hieronymo.

He, Vau, Zai, Heth: Ista, & hæc vita. Quæ enim alia potest esse vita sine scientia scripturarum? per quam etiam ipse Christus agnoscitur, qui est vita credentium.

Ex Eusebio.

Οὐαῦ, Ζαὶ, ἡδ· ἐν αὐτῇ Ζῆ ὡ ζῶ.

Connexio tercia ex Hieronymo.

Teth, þoth: bonum principium. Quia quamvis nunc sciamus uniuersa quæ scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nunc per speculum in ænigmate videmus, cum autem mieruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus, tunc librorum doctrina cessabit, & tunc videbimus facie ad faciem bonum principium sicuti est.

Ex Eusebio.

Τῆθ, ιῶθ· καλὴ, ἀρχή.

Connexio quarta ex Hieronymo.

Chaph, Lamed: manus disciplinæ, sive cordis. Manus intelliguntur in opere, cor & disciplina-intelliguntur in sensu: quia nihil facere possumus, nisi prius quæ facienda sunt, scierimus.

Ex Eusebio.

Χαρ, λαβδ· όμας μάθε.

Connexio quinta ex Hieronymo.

Mem, Nun, Samech: Ex ipsis sempiternum adjutorium. Hoc explanatione non indiget, sed omni luce manifestius est,

D 2

ex scripturis aeterna subsidia ministrari.

Ex Eusebio.

Μῆμ, νοῦν, σάρκα ἡ αὐτῶν αἰωνία θεῖα.

Connexio sexta ex Hieronymo.

Ain, Phe, Sade: Fons sive oculus oris justitiae.

Ex Eusebio.

Αἴν, φῆ, σαδή· τηγή ἡ ὄφθαλμος, η σόμα δικαιοσύνης.

Connexio septima ex Hieronymo.

Coph, Res, Sin, Thau: Vocatio capitum, dentium signa. Per dentes articulata vox promittitur, & in his signis ad caput omnium, qui est Christus, pervenit, per quem venitur ad regnum semiperpetuum.

Ex Eusebio.

Καθφ, ρῆς, σὲν, Θαῦ· κλῆσις κεφαλῆς, καὶ ὀδόντων σημεῖα.

I. DRVSII
IN N
INTERPRETATIONES NOMINUM
ALPHABETI

CENSURA.

1. *Doctrina*) μάθησις. παρὰ τὸ ALAPH, τὸ μανθάνω, disco. In nom. de Psalterio: Aleph, mille, id est, אלף. Verior etymologia ex ALVPH. est enim quasi quidam dux Alphabeti, ut dictum est.

2. *Beth*) βῆθ, cum e longo: ex βαῖθ, domus, οὐ in conversa, ut etiam in Ephrem factum est, & Ierusalim; quae non minus dicta sunt ex Ephraim, & Ierusalaim. Alia interpretatio: Beth, locus: quod præ ceteris litteris spatium amplum lineis suis circumscribat: ita Cevallerius, quem honoris causa nomino.

3. *Plenitudo*) πληρωσις, id est, MELO. magis placaret αὐταπόσις. In nom. de Psalterio: Gimel, retributio vel plenitudo. Quidam censent ita appellatum à gibbo, quem in dorso gerit, quem camelus

Ebraicis

Ebraicis & Syris GAMAL dicatur. Aliis γῆμελ est tabulatum citharae studinisve, ab eaque similitudine littera dicta.

4. *Tabula*) Est cur malum tabula. δέλτος. In nominibus de Psalterio: Deleth, pauper, vel tabula, vel janua. Pauper, id est, הַל DAL. janua, קֶלֶת, DELETH. eadem לְתָבָע, DAL appellatur. tabula, לְוָת, LVACH, vel תְּבָע, DAPH.

5. *He, ista*) הִתָּה, & הֵת, unde vir apud Thalmudistas. etiam pro חֲנִית sumitur, ut רָאִית רָאִית, ista demonstratio. In Thargum Esther כְּחַעַש בְּחָא, ea ipsa hora. In nominibus Psalterii: He, ipsa vel ista sive suscipiens.

6. *Vau, hac*) Puto legendum, Vau, ו: indicioque esse, quod secunda connexione legitur, He, Vau, Zaj, Heth: Ista & hac vita. Græca magis etiam depravata sunt, quæ sic emendari possent, meo iudicio, ex Latinis, Οὐαῦ, εἶται, αὐτή, ήθ, ζωή. Porro in nom. de Psalterio: Vau, ו ipso, id est, נָוָה: Vehu. Postea Vau; ut Nun, Naun, & per contractionem.

7. *Zay*) jam dixi legendum mihi videri αὐτή ut mox, ήθ, οζων suspicor legendum ζωή, potius quam οζων.

8. *Hac*) הִתָּה iste. וְ vel חֲנִית ista. In catalogo nominum de Psalterio: Zai, oliva, vel fornicatio, sive hac. Oliva, עֵינָה, zaith: Fornicatio, עֵין, zain, tanquam à צָהָב, zana: ut CAIN, possessio, à קְבַּח CANA.

9. *Heth, vita*) חֵיָה, vel חֵיָה. In nom. de Psalterio: Heth, vita, vel viuacitas.

10. *Bonum*) In nominibus de Psalterio: Thet, bonum. leviter corrigo, Teth, bonum. correctio tam certa, quam certum est me hominem esse. Sed quid est ne rectè interpretatum, Teth, bonum? non opinor. nam bonus בְּטָה dicitur, vel בְּטָה, vel si placet בְּטָה. In nominibus de Exodo: Teth, subter. Magis probo. Vide Miscel. cent. 2. cap. 14.

11. *Kaph*) καρπα το κυκνυ, quod est verrere, nisi fallor.

12. *Principium*) ἀρχὴ etiam dominatum significat. Itaque legimus in catalogo nominum è Psalterio: ίδιο, principium, vel scientia, aut dominator.

13. *Manus*) propriè vola, sic dicta à curvitate. curvare enim יָד di- cunt. In nom. de Psalt. Chap, manus, palma, vel vola.

D 3

O^mως) reponere δικης, interpretamentum figurae, non nominis. δικης αιδης ουλησ, לְאַזֵּל שָׁעַר.

12. *Disciplina*) In nom. è Psalterio: *Lamed*, *doctrine*, *sive disciplina*. ita legendum. vulgo male est, *Lamech*. Dicta hæc littera opinione quorundam à veru, cuius formam exprimit. Sed MALMAO, unde hanc significationem accersunt, stimulus est, non veru, quod sciam.

Māde) aut verius μαθησις.

Sive cor) qua lingua quæso?

13. Ex ipfis ἐξ αὐτῶν. מִמְּנָה. In nom. de Psalterio: *Mem*, ex quo, vel ex ipfis, sive à qua. Dicam liberè, ex quo, & à qua, non se probant mihi.

14. *Sempiternum*) In catalogo nominum ex hymnis Davidicis: *Nun fatus*, vel *piscis*, sive *sempiternum*. *Fætus*, γένειον: unde & γένειον. *Piscis* נֶבֶת. Dictionem merè Chaldaica.

15. *Adjutorium*) à SAMACH sustentavit. itaque appellatam alii Samach existimant, quod seipsum ab omni parte sustentet: vel certè à SAMACH continuavit. est enim continua, & in seipsum ducta. In nominibus è Psalterio: *Samech*, *firmamentum*, *quidam erectionem*, vel *adjutorium*, sive *futuram putant*.

16. *Fons sive oculus*) Aīn propriè oculus. per translationem autem fontem significat, quia fontes sunt quasi oculi terræ. Porrò sunt qui affirment hanc litteram figura oculum æmulari: unde nomen.

17. Os) id est, σόνα. Hieronymus in ea epistola, quam super 118. Psalmo ad S. Paulam scripsit: *Phe*, os, ab ore, non ab offe dictum intellige, ne litterarum ambiguitate fallaris. Idem in nominibus de Psalterio: *Fe*, os, ab ore, non ab offe. Deinde subjungit: sive laqueus, sive decipula, id est, ηδ, ultima Heth. perspicuè falsum.

18. *Justitia*) argumento est SADIC, quem nunc justum interpretamus, qui Hieronymo SEDEC dicitur: sed profectò SEDEC est δικαιοσύνη. thema SADAC, justum esse. In nominibus de Psalterio: *Sade*, *regio*, sive *justitia*, vel *veneratio*. Acetum mihi in dentibus. Quid? Sade ut sit regio? crimen librariorum. Adducor legendum: *Sade*, *retia*: pariter scribendum, *justitia* vel *veneratio*. *venatio*, inquam.

inquam, non *veneratio*, id est, Θύρα: Ebraicè autem SEDA dicitur, ut ibi, τὴν Θύραν αὐτῆς ἡλογῷν εὐλογήσω, venationem ejus. Sed hem, poene exciderat: SEDEC ἀρχαῖον SADIC, ut Hebel, Habel: Pheleg, Phaleg: Phetes, Phares. hinc Sade, videlicet abjecta ultima, ut cùm Sadi ponebant pro Sadic.

Vocatio) κλῆσις. fallor, aut in mente habuit interpres ΣΟΒ: cuius radix ερπε nominare. aliter me non expedio ab hoc nodo. In nominibus de Psalterio: *Coph*, *vocatio*, *vel avis*. Avis, id est, που, ΟΡΗ, vel ΟΡΗ. probarem magis, si legeretur, genus avis. nam ΟΡΗ, simia. Sequitur in eodem loco: *sed melius excusio*, quam *Græci ἔκκριψις vocant*. Liber, in quo vocum Chaldaicarum sensa colliguntur: ηδ CAPH, vel ΟΡΗ, oliva, quæ post excusionem remanet.

Caput) ob crassitatem capitis, quod ωντας dicimus: Chaldaici autem ωντας Res dicebant. Est ergo forma vocabuli Chaldaica, non Ebraica. In nom. de Psalterio: *Res*, *caput*, κεφαλή.

Dens) τρίσεν. notum est. ex eo littera dicta; quod tridens esse videatur, hoc est, quod tres dentes. (cornua nonnulli vocant) videatur continere.

